

Disputatio inauguralis medica de suffocatione hysterica ... / [Zsigmond Waxmann].

Contributors

Waxmann, Zsigmond, active 1687-1688.
Fasch, Augustin Heinrich, 1639-1690.
Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae : Literis Krebsianis, [1687]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/r9ft9h83>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Auspice Jesu!

31

DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
**SUFFOCATIONE
HYSTERICÀ,**

Jussu & autoritate Gratosissimæ Faculta-
tis Medicæ in florentissimâ Salanâ,

P R A E S I D E

**AUGUSTINO HENRICO
FASCHIO,**

Med. Doct. Anat. Chirurg. & Botan. P.P.

Archiatro Ducali Saxonico,

*Patrono, Praeceptore & Promotore studiorum
suorum aeternum devenerando,*

PRO LICENTIA

Summos in arte medica honores ac insignia Doctoralia

legitimè capessendi,

placide Philiorum disquisitioni subjicienda,

SIGISMUNDO VVAXMANNO,

Leutichoviâ Hungaro,

IN AUDITORIO MAJORI,

Ad diem 21. Decembr. horis ante & pomeridianis,

A. S. R. M DC LXXXVII.

JENÆ, LITERIS KREBSIANIS.

ЕКОДАГОГИ
АСЯЕТУН
АЛГІСТЫРІНІО
ПІО РІСЕНА
ОИАМХАУ ОЛДЫРЫ

PRO OE M I U M.

Maximam medicinæ partem explere
fœminas, tritum non minus est, quam
verissimum. Enimvero centrum quod-
dam morborum uterus constituit, à quo
plurimi procedunt, & in quem omnes
tandem redundant. Eò majori verò curâ ac solertiâ hic
opus est, quò delicatior mulierum conditio, quò ab-
strusior sæpenumero affectuum muliebrium ratio.

Hos inter cùm facile primatum sibi vindicet
suffocatio hysterica, seu symptomatum congeriem, seu
vehementiam, seu denique causæ morbificæ activita-
tem spectes, operæ pretium duximus, de hâc speci-
minis inauguralis vice quædam proponere, promptio-
rem à *Lectore Benevolo*, si tām arduam materiam de-
bitè non exhauserimus, yeniam expectantes, quòd
summa etiam ingenia id vixdum præstiterint.

Annue, precor, NUMEN OPT. MAX., cuius
protectionem ab ineunte ætate me prosequentem sup-
plex veneror, clementissimè conatibus, eosque faustis-
simo successu corona!

CAPUT I.

Definitionem nominalem & rea- lem proponens.

Ut in ardui affectus tractatione felicius provehamur,
methodo receptæ insistentes pauca de nomine ejus-
dem præmittemus.

Quoad *Etymologiam* itaque dicitur *suffocatio*, à primario symptomate, quod eodem detentæ ægræ quasi quolibet momento suffocandas se existiment; distinctionis verò ab aliis respirationis læsæ speciebus gratiâ *hysterica*, ab utero, ceu parte primariò affectâ, factâ denominatione.

Quoad *Synonymiam* varia occurrunt appellations. Sic enim Paracelso ob convenientiam cum epilepsia audit *caducus uteri*, Helmontio *asthma muliebre*, alias item *suffocatio mulierum*, *stangulatus ex utero*, *ascensio uteri*, quod veterum multi statuerent, substantietenus uterum loco suo motum ascendere, & partes comprimere; *affectus hystericus*, *passio hysterica*, nāl ἐξοχή generalibus istis nominibus hoc maximè notabili & atroci malo indigitato. quamvis nec id subtilem sit, passionis voce, ut alias in scholis medicis, exemplo passionis iliacæ &c., ita h. l. quoque minorem morbi gradum notare. *Sylvius* & alii, à reatu uterum absolvere adnientes, vocare malunt *suffocationem hypochondriacam*, sed nimis generali, minusque concinnâ notione; cum alias spirandi difficultates graviorēs, sèpissimè fomitem in hypochondriis agnoscentes, simul complectatur, & nondum evitæ hypothesi (ceu paulò post ostendetur,) innitatur. Græcis dicitur πνίγεισθαι, ἀπνοιαί οὐσεῖσθαι, &c. Germanis die Mutterbeschwerung / (emineenter,) die Erstickung oder das Aufsteigen der Mutter.

Quoad *homonymiam* quandoque *suffocatio hysterica* sumitur latè, pro omnibus uteri affectibus; quandoque pro eo solum *symptomate*, quod ægris constringuntur fauces, & quasi deglutiendum quid exhibent, citra respirationis & actionum aliarum læsionem notabilem, quod in viris etiam hypochondriacis nonnunquam observatum legitur, ab humore austero contractis fibris nerveis œsophagi. Nobis verò hoc loco est magna spirandi difficultas, cum insigni vitalium & animalium actionum læsione, ob irritationem spasmodicam, ab austero acri, bilioso, elatico, fermentifico, specifico, ex præternaturali uteri constitutione enato, & partibus communicato, dependens.

Generis in hâc descriptione locum obtinet magna spirandi difficultas cum insigni actionum vitalium ac animalium læsione. Neque enim uno symptomate singulari determinari potest, ob ambitum latissimum.

Difficultas spirandi, primarium & semper in affectu nostro observandum phænomenum, nunc levior est respectivè, nunc gravior, & sàpè tanta, ut ablata ad sensum sit respiratio. Notanter dicimus ablatam respirationem ad sensum; in eorum quippe partes concedere animus non est, qui omnimodum respirationis defectum in summo suffocationis hystericae gradu arguunt, cùm pulsus & respiratio extra uterum sint perpetuò causæ sociæ, semelque facta respiratio non minus ac pulsus cessare ad mortem usque non possit. Cùm enim ad circulationem sanguinis privatam absolute sit necessaria, cessante eâdem motum sanguinis, & cum hoc vitam inhiberi oportet: Unde & fœtus, quamprimum vitalem auram hauserit, eâdem mox præclusâ dictum factum extinguitur, teste Harvey exerc. de part. p. 339. & experientiâ; licet transpirationi quoque plurimum tribuendum sit.

Læsio actionum vitalium ac animalium includit reliqua, tam præcedentia, quam comitantia, nempe convulsione, & motus convulsivos uteri, muscularum abdominis, mesenterii & partium aliarum, virium prostrationem, pulsus imminutionem, corporis refrigerationem, deliria, &c. nunc conjunctim, nunc seorsim visenda.

Differentiam specificam largitur tûm subjectum p. incipale, uterus, tûm causæ; de quibus omnibus jam fusiùs.

Inde verò patet, affectum nostrum referendum esse primariò ad symptomata actionis læsæ, partim imminutæ, partim depravatæ; adéquatè etiam ad symptomata excretorum & retentorum, ratione nempe causarum remotiorum, semi-nis & sanguinis menstrui; nec non ad symptomata qualitatis mutatæ, ratione corporis refrigerati, livoris faciei, aspectusque cadaverosi, non raro conjuctorum.

CAPVT II.

Subiectum determinans.

Proximum nunc est, ut in fontem malī inquiramus, & in quibusnam potissimum partibus virus suum exerat, pensitemus.

Primum ergo considerandum se sistit subjectum affectus nostri principale. Ast vix ullibi majorem, quam circa hoc reperias Autorum dissensum, *aliis*, ut veteribus ad unum quasi omnibus, & recentioribus non paucis, uterus incusantibus, *aliis* eum vel à reatu absolventibus, vel saltem ut partem minùs attendendam estimantibus, qui tamen rursum in diversas partes abeunt.

Carolus Piso. Tr. de morbis à serofâ colluvie oriundis caput pro primario subiecto & symptomatum autore habet, censemque repletione serofâ in latus distentum cerebrum, ac sese brevius affectum, totum nervosum genus ad se trahere, atque sic motus inordinatos, constantesque rigores inducere.

Congener est sententia *Willisi*, qui *Tr. de morb. convuls.* cap. 10. originem causæ morbificæ ait, utero prorsus insonte, ut plurimum in capite consistere, spiritibus ibidem copulam heterogeneam & explosivam sibimet adsciscentibus, quam unà secum in canales nerveos longè ducant; licet concedat, interdum, rarius tamen, spiritibus circa nervorum extremitatem & prope uterus degentibus materiam morbificam, sive copulam explosivam, à loco ibidem affecto, & absque cerebri culpâ affigi.

Sylvius Prax. Med. Append. Tr. 7 hypochondria substituit, existimans, malum ortum à flatibus melancholicis, & ex pituitâ viscidâ, seu per effervescentiam humoris pituitosi & biliosi levatis, intestina, hinc & ventriculum & œsophagum afficientibus, habere.

Medium quasi tenet *B. Etmüllerus prax. part. 3. p. 31.* putans suffocationem hysterica esse speciem mali hypochondriaci

driaci gravioris, seu admodum exacerbati, oriundi in specie ex acido vitorio, sive errore stomachi, sive errore pancreatis genito, & in intestina effuso; vel speciem colicæ convulsivæ: uterum interim aliquando concurrere largiens, & pathologiam spasmodicam amplectens.

Highmorus Exercit. de passione hysterica, cap. 3. provinciam primariam defert pulmonibus, vasisque cordi conterminis, & facto in eorum thalamis sanguinis subtilis ac flatulenti infarctu in motu impeditis. Ut hypotheses alias brevitatis gratia non memoremus.

Quò verò ex hoc labyrintho pede inoffenso egredi liceat ratione & experientiâ velut filo Ariadnæ usuri, supponemus:

1. *Solum uterum fœminas à viris distinguere.* Denegat affectum nostrum viris *Highmorus*. *Willisius* verò, *Sylvius* & alii licet utriusque sexui adscribant, in viris tamen occurrere rarius monent. Rationem hujus rei reddituri varia extra uterum proferunt, quæ tamen, si fateri volumus, quod res est, accuratius æstimanti non satisfaciunt. *Vel* enim in utroque sexu occurunt, *vel* omnibus hystericis non quadrant, *vel* tanta non sunt, ut ad malum tam atrox sola disponere possint: ut iis examinatis certum maneat, solo utero fœminas à viris etiam quo-ad nostrum affectum distingui.

2. *Facile humorum in utero corruptionem oboriri posse, tūm fœminis ultra συφεγίαν naturæ retenti, tūm mensum & lochio-rum non ritè procedentium, vel in fluxu suo inhibitorum vi-tio.* Hæc enim stagnationem præternaturalem inferunt, quæ nisi corrigatur, indubie corruptionem inducit, extra regiminis Archei sphæram deturbatis humoribus. Ut menses quoque & lochia nimis fluentia hue faciunt; de quo infra. Accedit, quod, cum per uterum varia sanguinis excernantur recrementa, ea variis de causis, v. g. ob copiam, viscedinem, acrimoniam elaterem undecunque debiliorem, vel errorem externum retenta hic (ceu in genere partes excretioni dicatae corporis reliqui errata frequentissimè luunt,) virulentiam maiorem facile acquirant. Tacemus flatus ex utero prorupisse notatos à Magnifico D. D. Wedelio, Patrono, Præceptore &

Promotore nostro ætatem devenerando, frustrà refragante Helmontio, sufficiens stagnantium & corruptorum humorum documentum exhibere.

3. *Inductæ suffocationis hysterice uteri vitio in ægris indubia & sensibus obvia extare indicia.* Testis hujus rei est omni exceptione major prælaudatus D. D. Wedelius, in *dissert. de convulsione* affirmans, se in hystericis, in specie in puerperâ, deprehendisse manutensionem uteri globularem, capitis infantis æmulam. Et ipse Willis. l. c. p. 535. observavit tumorem exiguum subter os pubis cum dolore atrocissimo exortum, convulsiones immanes primo in infimo ventre, postea ad præcordia & caput ascendentes, & demum in membra exteriora protensas excitasse. Referendum huc, quod Harvœus *Tr. de part. p. 356.* mentionem facit symptomatum hysterorum cum uteri contractione & induratione lapidis instar, ab injectione vitriolatâ inductorum. Hinc quæ probè purgantur & coëunt, raro sunt hysterica, notante Roderico à Castro. Ut tacceamus varia alia, v. g. quod affectus hic prolapsu uteri curatus legatur ap. Harvœum l. c. p. 352. quod menses vel lochia non ritè habentia, abortum, semen retentum fluoremve album suppressum insequatur, ipso Williso & Highmoro consentientibus; quod medicamentis uterinis cedat, & mutatione circa uterus eveniente corrigatur; quod humor lymphaticus è locis mulieribus subfinem paroxysmi sapissimè effluat; quod pudendis adhibita remedia ipseque titillatus, (de quo notabile exemplum proponit illustris etiam post fata Rosencius O. & M. med. spec. comment, p. 1019.) promptè satis juvent; quod denique hystericae de utero malè habente conquerantur.

4. *Suffocatione hysterica extictas vitia uteri exhibuisse in variis ejusdem partibus.* Ita Vesalius *de corp. hum. fabr. lib. 5. cap. 15.* deprehendit in testibus hysteriarum humorum mirè luteum croceumque, & paulò crassiorem: Riolanus in *Anthropogr. lib. 2. c. 34.* in virginibus hystericis testes pugno grandiores sero humore turgentes, quin etiam tubam uteri amplificatam & dilatatam. In aliis uterus una cum testibus, & vasis deferentibus, materiâ seminali corruptâ, caseo recenter coagu-

coagulato haud absimili turgidus, tumoribus, ulceribus deformatis, sanguine grumoso corrupto repletus, dislocatus, vel ruptus etiam visus fuit; quamvis sèpè etiam subtiliora sint hæc vitia, quæ ut cuivis sint obvia, non tam mole, quæ virtute peccante, vel maximam partem in vasa transumptâ materiâ morbificâ.

Et inconcussis his nixi fundamentis non dubitabimus uterum subjecti *principalis* ac radicalis, cui nempe cura debeatur primariò, nomine insignire, ita tamen, ut non uterum solum strictè sumptum intelligamus, sed simul omnia ad eundem pertinentia, adeoque omnes partes sexui sequiori proprias, sub testiculorum vel ovarii, tubarum, ligamentorum, vaginæ, vasorum momenclaturâ ab Anatomicis proponi consuetas, complectamur, ceteroqui prorsus non inficiantes, ex alio fonte simile quid scaturire posse, quamvis veteres ante Pisonem, & hâc ætate multi expertissimi ac celeberrimi viri id deprehendere nondum potuerint.

Uterus igitur est subjectum causæ morbificæ, & ipse per essentiam afficitur; per consensum verò patiuntur primariò diaphragma & pulmones, adæquate partes aliæ, hæ, illæ, plures, pauciores, prout gradus & inclinatio causæ morbificæ, atque dispositio ægræ variat, cor, cerebrum, fauces, mesenterium, intestina, musculi abdominis, ventriculus, &c. Uterus enim juxta *Harveum* est pars *principalis*, quæ totum corpus in consensum facile trahit.

CAPUT III.

In causas inquirens.

Cum scire sit per causas cognoscere, operæ pretium fuerit, considerationi causarum affectus nostri aliquantum immorari, & eò quidem magis, quò obscurioribus magnâ partem involutæ latent tenebris. Dividuntur causæ in scholis medicis usitatissimè in immediatam & mediatas, & hæ rursum in mediatam proximorem

10.

miorem & medias remotiores, quas hinc singulas breviter proponemus.

Causam *immediatam suffocationis hystericae* ponimus *irritationem spasmodicam diaphragmatis, & partium aliarum convulsarum*, à putredine in utero conceptâ dependens: unde phænomena omnia præeunte *VVillisio*, mutatis mutandis, commodissimè deducuntur.

Causam *mediatam proximiorem*, quæ in praxi medicâ omnium maximè attenditur, constituit *miasma acre austерum, biliosum, elasticum, fermentificum, specificum*, ex peculiari seminis, sanguinis menstrui, lochiorum, vel aliorum humorum corruptione ortum, partesque cum immediate, cum sanguine & lympha advectum, afficiens, tūm mediantibus fibris nerveis in consensum vocans.

A credinem irritatio spasmodica supponit. Austерum seu acidum fureum inde evincitur, quod hystericae ut pluri-
mū, si non semper, sint hypochondriacæ; quod Highmore teste Exerc. de pass. hyſt. p. 49, hystericae defunctæ in capitis, pulmo-
num ac cordis sinibus & vasis saoguinem grumosum exhibue-
rint; quod hystericae lœdantur ab acidis, curentur ab acido
fureo contrariis, edulantibus, solibus, alkalibus, alcalinis
Akreis; quod item moeror, fletus ipse, concentratis spiritibus
(qui austерitatis est effectus,) debita, paroxysmum nonnun-
quam præcedant, fauciūque constrictio comitetur. De bi-
lioso testatur conjuncta fermentatio, (quæ citra fieri ne-
quit) flatus varii generis, corruptio humorum, deturpatum
sulphur inferens. Ut taceamus comitantia sèpè deliria, ge-
sticationes miras, risum & alia. Utrumq[ue] ostendit con-
venientia cum epilepsia, frequenter hinc quoque in hysteri-
cis visendâ, quam Gas ichorosum acido-biliosum inducit, sola
vaporositate oppletivâ & explosivâ magis distinctum.

Elasticum diximus hoc miasma, ut subtilitatem & acti-
vitatem innueremus, quæ vel inde elucet, quod in subtilissimos
partium nervarum poros aditum inveniat, & minimâ
sèpè occasione suppeditatâ in actum erumpat, ceu visæ sunt,
quæ

quæ ipsius rosæ odore admisso paroxysmum hystericum experirentur. Vid. *Lang. Miscell. curios.*

Nec magis vis fermentifica eidem deneganda, quod ex appellentibus humoribus se multiplicet, unde semel licet debellatum, novis tamen paroxysmis vires suas prodit; quod Massam sanguineam mirè pervertat, & ab assumptis fermentificis, nempe dulcibus excitetur. Obstatre saltim assertioni videtur febris absentia; verum huic dubio satisfiet, si cogitaverimus, prædominari hic præ sulphure austерum, minusq; Massam sanguineam, utpote acido charactere jamdum inquinataam, ad ebullitiones febriles esse dispositam. Hinc quando prædominum cedit bilioso, vel sanguinis dispositio annuit, febris hysterica promptè consurgit.

Notanter vero in *specificum addidimus*, ut pateret ratio, cur corruptiones humorum aliæ, & viscerum putrilagines dicenda symptomata non inferant: quæ sine dubio quærenda in corruptione peculiari, dependente à fermento uteri specifico. Hoc ut in statu naturali negari nequit, (solidissime demonstratum, & quoad naturam suam detectum à Magnif. D. D. Wedelio in *Physiol. Reform. cap. ult.*) ita non minus in statu p. n. concedendum, vel ideo, quod graviditatis tempore hypochondriacæ & hystericae melius plerumque degant.

Ceterum cum corruptioni humorum debeat originem, malignitas quædam admittenda, quam etiam confirmat fæties, tyrannis, impetus, & mira Massæ sanguineæ deturpatio; ea tamen non absoluta, sed secundum quid, quum non æquè violenter principiis vitalibus destructionem intentet, & plus sæpiissime terroris, quam periculi habeat conjunctum.

Quibus examinatis facile liquet, miasma istud ad partes elevatum, seu ob copiam & ὀγκωστι, seu ob errorem externum, seu ob elaterem uteri insurgentem ad propellendum à se hostem, affectum nostrum inferre promptè posse, nec cum Hippocrate & sequacibus ad uteri ascensum configere opus est. Movit illos ad hoc statuendum præcipue *globus* in

suffocatione hysterica ascendens, manu percipiendus, deprimendus, & ligaturis inhibendus, qui tamen *partim* contractioni spasmodicæ mesenterii, muscularum abdominis, vel ligamentorum uteri, *partim* flatibus austoris ex intestinis adscendentibus, (est enim noster affectus flatuum, si quis alias, feracissimus,) adscribendus. Vid. Rolf. de part. genit. p. 146. Villis. l. c. Graaf. Tr. de Organ. mulier. p. 153. Glisson. anat. hepat. p. 64.

Repugnat alias etiam huic sententia anatome, ex quâ manifestum est, duobus ligamentis validis supernè, duobus infernè firmatum esse uterum adeò, ut in cadaveribus ipsis, ubi tamen omnia magis sunt laxa, duabus manibus apprehensus, licet maximâ vi sursum trahatur, vix supra os sacrum efferri possit: connexum item esse pudendo, vesicæ & intestino recto, unde necessum foret, utero adscendentem partes istas non sine summis cruciatibus mirum in modum retrahi, cuius tamen contrarium docet experientia, monente laudato Graff. l. c. & Sennert. in praxi.

Fixum interim tumorem, tum uterum convulsum, tum testes materiâ corruptâ turgidos & distentos tactui offerre posse, res ipsa loquitur.

Succedunt causæ *mediæ & remotiores*, tâm supranaturales, quam naturales & nonnaturales, quarum tractationi præmittendum est, causæ vocem in scholis Medicis sumi paulò latius, pro omni eo, quod conferre quicquam potest ad morbi vel generationem, vel sustentationem, fomitemque.

In causarum supranaturalium censum veniunt, quæ ad causas reliquas patentes referri non possunt, & ultra naturæ sphærâ positæ. Hæ quanquam in affectu nostro attendi merentur, cum non improbabile sit, aliquando *Deo* & hic occurrere, sive à Deo Opt. Max. immedia-
tè magis immittatur morbus, sive (impropriè magis loquendo) à Dæmone, mediante fascino præcipue, inferatur; vulgo tamen assentiendum non est, promiscuè ab immundo spiritu corripi suffocatas existimanti, quando mirandæ in illis audiuntur

tur voces ex imis visceribus, nunc latratum canum, nunc crocitum corvi, &c. referentes, quippe quæ omnia pro viarum & spiritus erumpentis proportione casus effingit ex hoc morbo, ut verba sonant *Roderic. à Castro in schol. ad c. 1. lib. 2. p. m. 173.* in primis delirio in consortium adscito.

Non posthabendum hic *Willisi* monitum *Tr. de morb. convuls. cap. 7. p. 495*, convulsiones tunc esse habendas pro Dæmoniacis, si patiens ejusmodi membrorum aut totius corporis contorsiones aut gesticulationes perficiat, quas nemo sanus, ne quidem mimus aut gesticulator imitari solet; si robur exerat, quod omnem vim humanam superat; si rerum monstrosarum, ut acicularum, vivæ anguillæ, &c. excretiones accedant.

Quoad res *naturales*, quod sexum concernit, si strictè loqui velimus, solis fœminis proprius est affectus, ab utero quippe dependens, dispositis ad eundem non uno nomine. Teneriores nempè sunt quoad spiritus & fibras nerveas, facilius ab animi pathematis & aliis occasionibus mobiles, & diathēsin spasmodicam suscipientes: recreamenta copiosa colligunt, partim ob vitam sedentariam, partim ob transpirabilitatem respectivè minorem, (conf. *Hightmor. l.c.p. 83.*) calore pollent respectivè minus forti, & quæ alia afferri possunt. An verò inter primaria collocandum, quod ut ratiocinatur *Sylvius*,) ad melancholiā, seu moerorem & metum magis sint pronæ, ob virorum prædominium, cordatioribus judicandum relinquimus.

ÆTAS huc facit, in primis vîro matura, inter senilem & teneriorem media. Istam enim ob uterum (ut loquitur *Harv. l.c. pag. 351.*) retractum, flaccidum, vietum, pallidum, venis & sanguine carentem; hanc ob eundem compactum magis, & mole minorem, Massamque sanguinem magis illibatam; utramque ob mensum, seminis, adde & fermenti uterini defectum, minoremque humorum appulsum minus affigit. Unde puellæ impuberes magis ferè communes cum pueris experiuntur morbos: grandioribus item fœminis (juxta *Roder. à Castro,*) seminis & mensum annos jam egressis,

ut septuagenariis, raro suffocatio ex utero contingit; frequenter autem cessante mensium purgatione naturali 45. aut 50. aetatis anno vel cessat morbus, vel ingravescens interficit. Nec eae tamen penitus abnuunt: ut enim duodecimo aetatis anno fluorem album, decimo fluxum mensium observavit Magn. D. D. *Vedelius*, ita non obstat, quod minus etiam suffocatio hysterica extraordinarie accedere possit, corpore cum primis cacochymico, & dispositione hereditaria concorrente, ceu vetulis quoque cacochymicis nonnunquam, in primis, quibus in juventute non sive fluxere menses, aut quibus fluor albus diutinus suppressus est, evenire scribit *Sennertus*.

Accusavimus aetatem viro maturam; sed & haec suâ gaudet latitudine. Rarius enim infestantur virgines, (in primis quoque mensium beneficium extenditur,) quae magis ferè redduntur hypochondriacæ & melancholicæ, vel mitius saltet afficiuntur: frequentius viduæ nubiles, præsertim in venerem procliviores, & steriles. Nec parcit puerperis, & iis, quae lactarunt sepius. Conf. *Higbor. l. c. p. 68. seqq. Gra-*
*vidæ verò ut plurimum melius habent, nec haec tamen penitus exemptæ, in primis si gestent foemellas, ob cumulata tunc magis recrementa humida. Imò observatum est, virgines sanas, dum factæ sunt gravidæ, hysterica symptomata incur-riſſe. Vid. *Ettmull. l. 1. p. 31.**

TEMPERAMENTA omnia aliquid conferunt: *sanguineum* quidem, in primis in phlegmaticum deflectens, quod facile humorum stagnatio, ob copiam, & corruptio eidem accedit; *phlegmaticum & melancholicum*, quod obstructionum sint feracia, (acor enim & pituita obstructionum parentes) minori calore, minori transpirabilitati conspicua, melancholico seorsim in nervosarum partium affectus proclivi; *atrabilarium*, quod inordinationibus humorum ac spirituum, obstructionibus & nervorum itidem affectibus quadret, atque propagationi causæ morbificæ velificetur; *cholericum*, quod stimulos fortiores, majoremque seminis *οργασμὸν* inferat, iræ quoque facibus & efflationibus aliis aptissimum.

HABITUS corporis densior minori transpirabilitate sti-
patur, ex quo Massæ sanguineæ inquinamenta varia congeri,
& ad uterum redundare possunt ; vel possum jam malum
exasperari solet ; non minùs , ac rarer textura ad miasma
morbosum suscipiendum , vel latitans excitandum prompti-
us facit .

Nec indēta abire debet DISPOSITIO HÆREDITA-
RIA. Quandoquidem enim affectus noster radicatus & ha-
bituatus sui tineturam ac ideam sanguini , sero & spiritibus
imprimit , in natos etiam eam traduci posse in confessō est ;
maximè , quùm omnium ferè morborum humorālium radi-
catorum , hoc modo propagatorum , exempla apud autores
prostent .

Ex *nonnaturalibus* AER intemperatus multum hystericiis
affert noxæ , *sive* fuerit humidior & densior , putredini obno-
xium corpus reddens , & calori torporem coneilians , *sive* ra-
rior & calidior , miasma fermentificum in motum citans , &
spiritus jamdum debiles magis infirmando hostilitati ejusdem
favens , unde meminit *Highmorus æstatis* , hypocausti , balnei
calore intensiori excitatum hoc malum ; *sive* denique frigi-
dior , poros corporis constipans , & nervoso generi inimicus ;
quod confirmat *Helmontius Tr. Asthma & Tussis* inscripto , mo-
nens , spirante boreâ etiam in hypocaustis asthma muliebre
inductum fuisse .

Præterea solennes ejusdem mutationes , verno præcipue ,
hinc & autumnali tempore , latentī hosti producendo aptæ
funt , illo commotis , hoc ad statum acetosum deflectentibus
magis humoribus . Ut hoc loco mittamus aërem , effluviis
odoriferis scatentem , de quo inferius dicendi erit occasio .

CIBUS & POTUS quantitate , utroque extreme , quali-
tate , & utendi modo inconvenienti inimica evadunt , partim
cruditates congerendo , & tonum ventriculi labefactando ,
redundante hinc in sanguinem & universum corpus vitio ;
partim exacuando fermentum peregrinum , lymphamque
blandam absumendo ; partim sulphuritale deprimendo , &
uteri

uteri partes nerveas irritando ; partim dispositionē putredinalem inferendo. In specie verò *dulcia* & *acida* hysteris exosa. Illa, quatenus turbas, utpote fetmentescibilia, excitant, & symptomata consopita revocant & exasperant , unde quando- cunque fermentum peregrinum uterus inquinat, vel va- porosa miasmata illum divexant, nihil quicquam fœminis æ- què adversum est , ac dulcium usus, verba sunt elegantissima **D. D. VVedelii**, *Tr. de facult. med. p. 121. & Amæn. mat. med. p. 200.* Ut taceamus cœnosum & lutulentum inde reddi san- guinem. Hæc, quat. sanguinem magis figunt, & uterus ir- ritant , quod tamen magis de acidis sulphure minùs fœtis intelligendum. Et ex his quoque non difficile est colligere, cur vinum hysteris minùs conveniat, si sulphur ejus effe- rans, & acidum figens ac irritans examinaverimus.

Multum quoq; conferunt **M O T U S & Q U I E S**, moderatio- nis leges excedentes; *ille*, quòd sopitum miasma exuscitet, spiri- tusq; ac serum alibile absumat; noxijs etiam in primis mox à pastu institutus, evaporatione chyli præcipitata , nec evolu- tis benè balsamicis suavibus particulis; *hæc*, quòd obtun- dat calorem, & humorum stasin inferat. Quare delicatis, vitamque (ut cum *Harvéo* loquamur,) umbratilem & mol- lem degere adsuetis, non infrequens uteri strangulatus est.

Par ratio est somni & vigiliarum excedentium. Somno nempe excedente spiritus vigorem suum amittunt, & prædo- minium humoribus excrementitiis cedit, ventilatione massæ sanguineæ non decenter promotâ. Vigiliæ verò nimiæ, occul- tum vitæ ac sanitatis venenum , fabri sunt cruditatum , & af- fectus hypochondriaci quæ si dixeris, præcipuum dixeris pas- sionum hysteriarum fomitem.

R E T E N T A excernenda quædam proximiùs concurrunt, & magni sunt momenti , retentio feminis , mensum & lochio- rum ; quædam remotiùs, ut alvi obstructio , urinæ, sudoris, hæ- morrhoidum suppressio, quæ spiritus & humores conspurcant, ac sati malum exacerbare suo loco norunt ; quo spectant etiam balnea & frictiones intermissæ &c. Idem de *excretis re- tinendis*

tinendis valet, exemplo mensium vel lochiorum nimis fluentium, & in primis prægressi aliquoties abortus. Inde quippe spiritus & humores alibiles depauperantur, elaterque uteri debilitatur, quo minùs amoliendis à se noxiis par esse possit: præcipue, quando (ut sèpissimè fit,) stimulus salinus simul exuperans, fibrisque uteri infixus, excentricitatem quandam humorum inducit; ut excretiones alias Archéi robur infringentes non memoremus.

ANIMI PATHEMATUM quoque in hystericis maxima vis est, iræ cum primis & terroris. *Ira* enim omnia movet, spiritus efferat, humores fermentat, & uterum irritat, unde simul ac disposita eidem frena laxat, è vestigio symptomata hysterica ut plurimum se sistunt. In *terrore* verò, partim ob commotionem, partim ob recursum spirituum à circumfrentiâ ad centrum, ipsamque sulphuris balsamici fixationem, malo itidem porta, quod ajunt, panditur. Pertinent huc cognata alia, ut *timor*, ipsumque gaudium nimium, teste *Highmoro*, efferatos etiam suo modo, seu laxatos nimis spiritus supponens, unde & mortem aliquando intulisse ex relationibus constat, quamvis hoc casu aliquid terrifici & insoliti concurrisse censemendum sit.

Causæ denique *præternaturales* magis vel minùs remote hoc faciunt, ut, præter dicta sub excretis & retentis, in primis affectus hypochondriacus, morbi uteri varii, procidentia, in primis frigore admisso, ulcera, fluor albus suppressus, menses depravati, & plura alia, in quibus, utpote facile, & magnam partem ex jam dictis eruendis, longius occupari non attinet.

CAPVT VI.

Differentias exhibens.

Non unâ facie spectandam se offert suffocatio hysterica, seu gradum & symptomata stipantia, seu causas, seu denique partes affectas attendamus.

Ratione gradus & symptomatum nunc levior est,

C

leviter

leviter lœsâ respiratione, cum anxietate, facile recolligendis viribus; nunc *gravior*, cum majori respirationis difficultate, interceptione vocis, notabiliori pulsus imminutione, & insigni animalium quoque actionum lœsione; nunc *gravissima*, respiratione ad sensum ablatâ, cum syncope, & refrigeratione corporis, ut & græ examines quasi jaceant: singula tamen rursus cum latitudine. Adhæc symptomatum aliorum stipantium non una est ratio, nunc silentibus quasi, nunc largius vel parciùs, magis vel minus prodentibus se iisdem, quod non de communibus saltim, sed & de magis insolitis verum est. Vid. Horst. *observ. lib. 5. obs. 40. 42. 43.*

Ratione *causarum* aliquando originem debet semini, aliquando sanguini menstruo, aliquando humoribus aliis in utero corruptis: in aliis item spontaneo & intrinseco motu prorumpit, in aliis externis causis variis provocata.

Ratione *subjecti* omnis quidem fit ab utero, sed quoad diversas suas partes, modò enim materia morbifica in ovario, modò in tubis, modò in ipsâ uteri substantiâ colligitur ac sœvit. Præterea diversæ etiam partes aliæ in consensum trahuntur, modò solidæ solùm, insigni varietate, modò fluidæ simul & spirituosa, quæ omnia ex sequenti capite magis clarebunt; ad quod jam accessum facimus.

CAPUT V.

Signa diagnostica & prognostica sistens.

INcogniti morbi fida non est curatio. Ne itaque Andabatarum more ignotum hostem oppugnare videamur, ejusdem & imminentis & præsentis indicia lustranda sunt.

Imminentem paroxysmum signant, (licet ejusdem insultus sœpè subitaneus sit,) lassitudo corporis perpetua, oscitatio, pandiculatio, actionum animalium torpor, crurum imbecillitas, pallor faciei, aspectus tristis, globi cujusdam motus

motus in ventre, murmuratio & variii sonitus ex imis visceribus, (quos etiam quidam pro sonitu intus loquentis Dæmonis habent,) respiratio crebra & brevis, cordis palpitatio & tremor, aliquando durabilis satis, nunc citò rursum evanescens, pulsus imminutio, cibi fastidium & nausea, morsus oris ventriculi, dolor capitis, oculorum rubedo, tinnitus aurium & pulsationes, tristitia, modò conjunctim, modò seorsim visenda, insigni cum latitudine. Quædam enim præterea delirant, imò furunt, concerentes collum quoque, & radentes fauces, quod vidit Magnif. D. D. *VVedelius*, in virgine nubili, brachiorum item non rarò crurumque motus convulsivi, ac distorsiones capitis, manusq; suspendæ, gesticulationes miræ, fletus, vel utraque alternatim inseguuntur, &c.

Præsente jam eodem respiratio intercipitur, & fauces quasi constringuntur, ut suffocari videantur ægræ, sæpè etiam per gulam quiddam respirationem inhibens ascende-re sentientes, motu ablato, & sensibus ipsiis deficientibus in majori gradu. Imminuitur pulsus magis vel minus, sæpè vix perceptibilis, cum corporis refrigeratione. Clauduntur oculi, & ita quandoque contrahuntur, ut aperiri facile nequeant, (vid. *Roderic à Castr.*) palpebræ frequenter dehiscen-tes oculi album ostendunt, dentes arctissimè cohærent, ac inter se colliduntur. Vid. *Sennert. Highmor.* & alii.

Nec causæ signa prætermittenda, cùm magnum ad curationem afferant momentum. Arguitur verò malum à *semine* oriri corrupto, si menses ritè habeant, præcesserit Venus intermissa, in primis in adsvetis, ac causæ, quæ semen augere vel corrumpere potuere, vita otiosa & voluptatibus dedita, victus laetus, ciborum facile corruptibilem usus, atque paroxysmo declinante semini similis humor è pudendis effluat. A *sanguine* menstruo, si, præfertim utentibus satis Venere menses supprimantur, aut non ritè fluant; quò spestant allata alia à *Roderico Castrensi*, mammarum turgescentia, ob regurgitantem illuc sanguinem, sensus gravi-

tatis in corpore, hebetatio sensus, dolor oculorum, colli, femorum, & juxta renes, ruborque partium superiorum. Ab humoribus denique aliis excrementitis in utero collectis, si Veneri satis litetur, & menses bene habeant, in primis feminâ cacochymicâ, aut simul ex uteri aliquo vitio laborante.

Non minus affectus noster à cognatis probè distingui debet. Distinguitur autem in genere, si male habentis uteri profert documenta, & ægra liberetur per foetida admota naribus, & syaveolentia pudendis. Quòd facit, quòd raro suffocatio uteri oriatur, quam non aliquot ante invasionem diebus dolores uteri, aut alia incommoda processerint. Ex *Scip. Mercur. lib. obstetr. à Magnifico D. D. Welsch. edit. Conf. & Highmor. l. c. p. 8. seq.* ubi disertè mala plurima extra paroxysmum afflentia enumerat. Distinguitur in specie ab apoplexiâ pulsus debilitate, faciei pallore, stertoris defectu, & actorum reminiscentiâ: (excitatæ enim hystericae, quid cum ipsis actum fuerit, ut plurimum norunt, contrà quam fit in apoplexiâ, ut & dicendis affectibus reliquis.) A syncope modo invasionis minus plerumque præcipiti, pulsu magis observabili, pallore faciei minori, & rubore ipso, teste *Riverio*, citra sudores frigidos, & duratione respective longiori. Ab epilepsia absentia motuum convulsivorum universali, & spuma ante os: (quoniam complicari posse hos affectus vel succedere Practicorum docet experientia. Conf. *Horst. observ. lib. c. p. 285.*) A lethargo absentia febris; à catalepsi, quod cataleptici eo, quo fuerant, positu maneant, & oculis apertis nec videant, nec audiant, hystericas corridentibus, & acclamations plerumque percipientibus. A verminatione denique, quod verminantes dolores pungitivos in abdomen sentiant, & præ dolore se iactent & contorqueant, suffocatis immotis jacentibus,

Cum item non raro dubium occurrat, utrum mortua sit ægra nec ne deficiente ad sensum pulsu & respiratione, variis modis explorare jubent Autores, v. g. per plumam levissimam floccum:

floccum lanæ carminatæ, speculum tersum, naribus admota, vel pelvim aut vitrum aquâ plenum pectori impositum, quæ tamen ob tardissimè procedentem reïpirationem minùs fida sunt. Certiora verò sunt sternutatoria, & referendum huc *Heerii observ. 21.* experimentum, qui aciculâ prælongâ inter pollicem pedis sub ungue adactâ in muliere ex lapsu apoplecticâ, cùm nullo modo vitæ signum extorqueri posset, momento citius excitavit; ut sentire se ægræ indicio aliquo prodant. Ast cùm nec his absolutè fidendum sit, profundius sæpè detentis spiritibus, consultò expe&tatur elapsum triduum, ut fœtor cadaverosus tunc in defunctis spirare occipiens, dubium eximat.

Superest, ut *prognosin* quoque medico admodum glorijsam & proficuam, quicquid in contrarium afferat sagacissimus alias per ignem Philosophus, paucis tradamus, cujus fundatum in naturæ robore & symptomatum gravitate collatis invicem consistit.

Atrocissimus est affectus, non adstantibus solùm, sed & cum gerenti medico terrorem incutiens non levem, & *molestissimus*, non *lethalis* tamen ut plurimum, nisi ab externis causis, commissioque errore pertinaciùs foveatur, vehementiusque exacerbetur, vel syncope aut convulsiones graviores supervenerint. Ceterum in aliis minus, in aliis majus offert periculum. *Majus*, ubi partes plures ac nobiliores in consensum trahuntur, gravioraque adsunt symptomata. *Majus* in gravidis, ob abortus metum, (utut & hic insolitum sæpè robur se exerat,) & puerperis, ob virium debilitatem. *Majus*, si repeatat s̄rpiùs, in primis spumā ante os apparente, juxta *Sennertum*, extremi naturæ conatus indicio. *Minus*, si frigidæ contingat mulieri, quam si calidæ, teste *Roderico à Castro*.

Bona præterea sternutatio superveniens, elogio *Hippocritis 5. aph. 35.* bona ut signum, & ut causa, quùm notet respectivum Archéi robur, partem maligni miasmatis disiiciat, ac pravos humores, ob concurrentem abdominis versus inferiora impulsu, ex utero evacuet.

Longitudo & brevitas, ut & paroxysmerum recursus, variat, pro materiæ copiâ & activitate, Archéi & massæ sanguinæ vigore, curationisque & diætæ conditione diversâ. Sic gravis uteri suffocationis semel tantum invadentis exemplum legi meretur apud Horstium observ. libr. 5. obs. 42. Sic quæ à semine corrupto fit, à conjugio mutationem accipit. Ut taceamus, quod jam supra ex Roderico à Castro citavimus, frequentius cessante mensium purgatione naturali, quadragesimo vel quinquagesimo ætatis anno, vel cessare morbum, vel ingravescentem interficere. In genere tamen chronicum magis hoc malum esse consuevit, maximè in principio neglectum.

Quod ad modum eveniūs attinet, terminatur ad salutem subito, miasmate partes afficiente ab Archéo, artis ope cum primis strenuè adjuto, subacto, quo facto intestina obmurmurant, oculi attolluntur, genæ rubore suffunduntur, actiones animales restituuntur, corpus incalesceat, ægræque suspiriis profundis emissis, fletu sæpè copioso accedente, ad se redeunt.

Terminatur modò perfectè, modò (quod frequentius radicatâ præfertim cacochymiâ,) imperfectè. Nam plerumq; placato paroxysmo (verba sunt Highmori,) de angore cordis, capitisque gravedine ægræ conqueruntur, languidæ corpore, viribusque destitutæ per insequentes dies aliquot decumbentes, uti etiam Horstius declinante invasione in fœminâ tormenta abdominis, & irritum vomendi conatum notavit. Verbo: hysterica pleræque semper, de quo querantur, habent.

Terminatur modò cum excretione sensibili aliquâ, modò minus, v. g. effluente humore è locis muliebribus, vomitu, sputo copioso excreto, quo de experientiam Caroli Pisonis laudat Rolf. epit. affect. partic. p. 358.

Ad mortem verò terminatur suffocatione; vel resolutione spirituum, accedente syncope aut convulsionibus gravioribus.

Quoad tempus eventus modò citius à paroxysmo absolvuntur

Vuntur ægræ, modò tardius, ad aliquot horas, imò dies, (ceu observationes fidem faciunt,) protracto eodem.

CAPUT. VI.

Indicationes therapeuticas de-center eruens.

Quod acus magnetica nautis, id medicis medendi methodus est, sine quâ generosa etiam remedia non solum non juvant, sed & venena evadunt sâpe numero ; quæque ab empirico dogmaticum medicum discernit. Subnititur verò eadem tribus indicationibus, curatoriâ, præservatoriâ, & vitali.

Curatoria in nostro affectu paroxysmum ipsum respicit, ut nempe Archéus sui juris reddatur, materia morbifica partibus communicata dissipetur ac infringatur, & partes spasmodicè affectæ demulcentur.

Præservatoria partim causæ contraria est, fermentum acre, austерum, biliosum corrigens & tollens, temperando, invertendo, figendo, dissipando, atque decenter evacuando, fomitibus simul variis extirpandis intenta ; partim symptomatibus aliis urgentibus occurrit.

Vitalis Archéi robori invigilat, ne morbo vel emergentibus symptomatibus attritus succumbat ; uterique tonum conservat, vel labefactatum instaurat.

CAPUT VII.

Curationem in paroxysmo tradens.

Indicationibus his ut debite satisfiat, adeundi sunt artis medicæ fontes ordinarii, *Chirurgicus*, *Pharmaceuticus* & *dioreticus*, indeque præsidiorum materiæ hauriendæ. Distinctius vero procedemus, si leorū, quæ in paroxysmo, & quæ extra eundem conueniant, tradiderimus. In

In *poxysmo* itaque chirurgiam consulentibus se commendant *frictiones* crurum & pedum, & in primis plantarum pedum cum excutiâ (cujus loco alii sal cum aceto adhibent,) factæ, vellicationes, tūm aliæ, tūm pilorum pubis, à quibus facile ad se redire suffocatas scribit Ettmüllerus l.c. p. 33. modò citra honestatis detrimentum id fieri possit; *ligaturæ* item dolorificæ artuum, sed cautè administrandæ, ne circulum sanguinis inhibendo necrosin inducant, quod in rustico aliquando factum vedit laudatus sapientius Dn. D. Vedelius: quæ revulsionem præstant, & ægræ excitandæ quadrant. Spectant huc ligaturæ abdominis, fermenti maligni & flatum ad superiora progressum impedientes, cui fini nonnulli eligunt cingulum ex corio humano, vel cervino, exigua vel nullâ differentiâ. Ubi tamen notabile est, ligaturas has convenire, si magis infletur abdomen, lipothymia non complicatâ; si enim hæc adsit vel accedat, tantum abest, ut locum habent, ut positi ipsæ vestes solvendæ sint, pro aëris admissione liberiori.

Laudantur quoque *cucurbitulae*, tām humidæ, quam siccae, pro re natâ, applicatae peccantem educunt, nuchæ, brachiis, aut suris applicata, formâ emplastri, quæ commodissima est, vel eo nomine, quod sic definitum spatium melius obtineri possit, impastatis cantharidibus ad 3j. 3ß. vel quantum subigi potest, cum emplastro aliquo, vel cum corpore emplastico, ut terebinthinâ Cypriâ, ad imitationem Dn. D. Presidii, Patroni & Promotoris studiorum nostrorum perpetuo obsequii cultu prosequendi; discissas hinc vesiculas pro lubitu emplastro refrigerante sextuplo circiter vesicatorii emplastri roborato, vel modo alio apertas servando.

Venesectio denique ipsa, si manifesta plethoræ, sanguinisque

nisque stagnantis indicia adfuerint, cum pulsu forti, certo-
que de viribus testimonio, non contemnendam opem nobis
pollicetur.

Auxiliatrices manus Chirurgiæ jungit *Pharmacia*, mul-
ta generosa excitantia, roborantia, dissipantia, invertentia,
interna, externa suppeditans affatim, decenter in usum vo-
canda. *Naribus nimirum*, & pro re natâ bregmati quoque
ac temporibus cum successu admoventur *volatilia*, salina, ful-
phurea, & media, (modò talia non sint, quæ materiam mor-
bificam discutere nesciunt, sed majorem potius rarefactionem
eidem conciliant, ut svaveolentia, in specie moschata, am-
brata zibethina, quæ tamen etiam cum castoreo & graveolen-
tibus aliis maritata locum habent,) qualia sunt tûm simplicia,
ut *castoreum*, *asa fætida*; tûm è selectioris chimicæ penu desum-
pta, ut *spir. sal. ammoniac.* □ *nosus*, *vinasus*, & præ aliis *oleosus*,
cum oleis destillatis penetrantioribus & specificis, v. g. cum
oleo destillato *castorei*, *succini*, *rute*, *anthos*, *salvie*, *caryophyl-
lorum*, *cinamomi*, *apoplectico*, □ *ri rectificato &c.* paratus, es-
sent. *af. fæt. simpl.* & *volat. castor. volat. balsam. hysteric. D. D.*
Wed. ex balsam. apoplect. & ol. C. C. fætido, (Vid. Schröck.
Tr. de mosch. p. 192.) □ *apoplect. mulierum*, seu cum essentiâ
castorei mixta, *acetum florum lavendulae*, *spir. viridis æris*, pene-
trantissimus. Ut taceamus *suffitum ex verrucis equorum* pedi-
bus adnascentibus, quem ceu arcanum dilaudat *Rod. à Ca-
stro*, *Riverius*, & alii, ex rasurâ *succini*, *cornu hirci*, & alia fœ-
tida, vel ideo notanda, quòd paroxysmo ingruente non semper
ad manus esse medicus possit. Ubi tamen observandum, (1) si e-
pileptica fuerit ægra, vel debiliori ob alias causas capite, fœ-
tida fortiora omittenda esse, (quòd etiam spectat sulphuris ac-
censi fumus,) ne spiritus in elasticum & in ordinatum motum a-
digant. (2) probè idiosyncrasiam attendendam esse, cùm
quædam fœtidis lædantur, juventur svaveolentibus, quale
exemplum legi meretur ap. *Horst. Observ. 24 lib. 5. 285.* adscri-
bendo effectu haud dubiè teneritati spirituum & nervosi gene-
ris, atque miasmatis morbosí fixitati majori.

Excepimus *suaveolentia* in præcedentibus : ea vero insignem nihilominus habent usum subtus administrata, cavyendo, ne nares odor feriat. Ita quippe uterum & nervos insigniter demulcent, promptius dissipant, nec spiritus adeo turbant. Instar omnium unum nobis sit *balsanum apopleticum D. D. Wedelii*, partibus muliebribus illinendum, reliqua enim susiùs ab autoribus proposita inde peti possunt.

Succenturiantur his commode malo graviori *clystres*, revellendi, dissipandi & demulcendi fine, ex emollientibus, nervinis, discutientibus, uterinis, & stimulantibus, v. g. ex rad. alth. lil. alb. malv. bryon. pœon. herb. chamomill. meiiss. serpill. rut. pol. mont. flor. chamom. Rom. cheir. lupuli, summi. artemis. aneth. sem. carminat. fœni Græci, croc. metall. pur. (pro re natâ ad grana pauca in petiâ ligato,) ol. cheir. rutac. mell. anthosat. elect. diacathol. nitr. anod. felle tauri ipso exsiccatu, vitell. ov. concinnati. Item loco horum, vel his officium non facientibus, suppositoria, acriora præcipue, v. g. ex spec. hier. pier. Sal. gemm. troch. albano &c. cum melle efformata.

Strenuè non minùs se gerunt *sternutatoria*, v. g. ex rad. bellub. alb. castor. præp. flor. lil. convall. &c., quæ etiam nisi operentur, de facultate emortuâ ferè suspicionem movent.

Tacemus *clystres uterinos* in conjugatis nonnunquam locum habentes.

Et externis istis primaria ferè demandatur provincia, quando constrictæ fauces internorum specificorum assumptioni obstant, quæ contrario statu, non minùs ac imminente paroxysmo, insignissima sunt. Ex his, latius intrâ enumefandis, ut quædam nominemus, sunt : ▽ *apoplectica*, ▽ *& hysterica*, *Myns. Dornrell.* ▽ *apoplectica acida*, (sæpè enim temporatæ a quæ & acidulæ magis profundæ, quam spirituosæ) *elixir uterini Rölff. VVed.* per se, vel cum essent, *ase fœtide*, & refracta esse*ntia anodynæ dosi*, pulv. absorbens *hystericus* hujusdem, cui promptissime morem gerere symptomata *hysterica* ex

Opio

epiol. p. 114. constat, quamvis liquida spirituosa etiam in constrictione faucium non sint de nihilo ori infusa, quandoquidem a vaagumia suâ & sic laboranti Archèo succurrunt.

Imò & moschata interno usu (modò ad nares odor non pertingat,) à multis non absurdè celebrantur, quòd sic promptius dissipent. Cùm verò in rebus dubiis tutius sit eligendum, præstat vel illis eadem propinare, quæ sive volentia ferunt, vel saltim aliis, nominatim castorinis, jungere.

Vinum non convenire jam supra innuimus. Licet enim Hippocrates, Sennertus, aliquique in paroxysmo pro viribus reficiendis infundi jubeant vini pauxillum, omittendum tamen potius, cùm activitati causæ morbificæ velificetur, & presentiora ac tutiora refectiva Chimia exhibeat; Unde & Vandaeus citante Horstio cent. probl. dec. 9. quæst. 4. hystericas à vini potu in paroxysmo communiter male habere scribit: nisi forsan extraordinariè, viribus summè collapsis, complicata syncope, vel instantे morte, omnibus aliis jam frustra tentatis, vel probatoribus remediis non præsentibus, concedere velimus, ob vim confortandi insignem, quam egregio exemplo Heer. obs. 5. p. 67. comprobatur. Quin tutior ejus usus extra paroxysmum videtur, ad roborandos spiritus, & calorem totius, ac cum primis ventriculi, nec non cruditates & putrilaginem corrigendam, sed admodum moderatus, nec in malo graviori & solenniori: vini item non admodum generosi, sed quod promptius acidi grossioris separacionem in primis viis admittit, minusque humores effera, nec admodum tenuis. Neque incongruum fuerit, si ad id feratur ægra, medicatum reddere, saltim euporisto modo, rad. Zedoar. vel aliud præstantius uterinum indendo.

Vomitoria Etmüllerus l. c. p. 35. in extremo casu, ægris mortuarum instar jacentibus, ne omni auxilio destitutæ videantur, admittit, quæ tamen nec satis tuta, nec commoda satis esse consemus. Non satis commoda, quia sæpenumero assumi nequeunt ob constrictas fauces; non tuta satis, ob dejectas vires, unde vel non omnino operabuntur, vel si ope-

rentur, facile alterum extremum incurri poterit. Si ullibi, sanè & hic cautissimè agat medicus oportet, ne calumnian-
di materiam suppeditet, neve, quod imperatoribus belli-
cis turpiter objicitur: *non putaram*; ipsius famæ quoque de-
trimentum non leve afferat.

CAPUT VIII.

Curationem extra paroxysmum & diætam subjungens.

UT verò non sufficit acie viciisse hostem; sed prose-
quendus hic est, & enervandus; sic idem hoc loco
valet. Non sufficit Archéum liberasse, & ægram sibi
redditam, sed enervandum porrò & annihilandum
fermentum morbosum:

E fonte *Chirurgico* proin *Venæsectionio* non negligenda,
obstructis mensibus, in pede instituenda vel alias plethoræ in-
diciis se prodentibus, seu plethora sit reverà talis, seu ex con-
suetudine, exemplo illatum, quæ phlebotomiis annuis ad-
svetæ sunt: Par ratio est *scarificationis*, cum vel sine cucurbi-
tulis, plethorâ quo ad vires conspicuâ; & *Venæsectionis* suc-
cedanearum *hirudinum*, quæ venis hæmorrhoidalibus, in
specie prægredi hæmorrhoidum suppressione, pone aures aut
in cervice, pro indicantium modulò, in aquâ limpidâ priùs
asservatæ, (ut plus attrahant, minus noceant,) positâ indica-
tione, cum fructu applicantur. *Moderanda* verò sanguinis e-
mittendi quantitas pro subjecti & virium ratione: Unde
VVillius l.c. p. 543. monet, in corporibus obstructionibus mo-
lestatis & minùs calidis sanguinem mittendum esse parcìus &
ratiùs, & tantum in locis infra uterum consitis.

Nec absonum fuerit, finito paroxysmo, in minimo ad-
huc consistente miasmate fermentifico, *partim* cucurbitulis
siccis hypogastrio applicatis, (cavendo ne diutiùs relictæ eo lo-
co præternaturalem humorum collectionem post se trahant,)
dissi-

dissipare residuum in utero ; partim frictionibus calidis toto corpore institutis transpirationi & eventationi sanguinis meliori velificari.

Fonticuli præterea, unamimi quasi practicorum calculo comprobantur, in malo chronicō ac rebelli usus insignissimi, quat. ichorescentem lympham & pravos humores alios ab utero & Massâ sanguineâ divertunt ac evacuant.. Conf. *Horf.* obs. lib. 5. p. 285. *Roder.* à *Castr.* *VVilles.* l. c. p. 544.

Conveniunt tamen magis, (1) quando morbus ab humoribus vitiosis ad uterus detrusis originem dicit, & à cacochymia foveatur, quandoquidem à mensū suppressione, vel seminis retentione inducta aliis ut plurimum cedit. Et in his verò casibus locum habere possunt, diutiū protracto affectu, vel vitiatā, hāc occasione magis corporis œconomiā. (2) in brachio, ad majorem revulsionem, hinc & femoribus ac suris in parte domesticā vel sylvestri, ubiq; in muscularum intersticiis.

Ex fonte *Pharmaceutico* primū offeruntur purgantia, quæ exturbant vitiosam saburram in primis viis stabulantem, & cacochymiam deplent, sed illa leniora, ne fortioribus vires dejiciamus. in motum magis citemus elasticum miasma, & sero alibili nimis absumpcio affectum contumaciorem reddamus in primis habituato malo ; unde & lenientia sub his complectemur. Conveniunt eo nomine *aloetica*, putredini simul resistentia & emmenagogia, *Frea*, *sennata*, *rhabarbarina*, & mitiora alia, extract. laxat. D. D. *VVed.* *panchymag.* *Croll.* *agaric.* *rhabarb.* pil. ex extract. *panchymag.* & *croco* & *aperitivo*, refractā dosi, concinnatæ, *marocostine* cum *castoreo* & *Æte reformatæ*, (insigni stratagemate, ad alterandi simul specificè intentionem exequendam ,) *Frcæ* & *les* D. D. *VVed.* plurimis scopis per quam aptissimæ, *Frea* *Quercet.* *Scbröd.* *Bont.* *splenetica* *Sylv.* *pulv.* *laxativ.* *vegetab.* spec. *diasenna*, infusa purgantia, ex *agaric.* *mecboacan.* alb. *sen.* *rhabarb.* &c. additis refractè aperientibus & specificis, in specie *rad.* *bryonie*, ad successivè evacuandum, & novum characterem lymphæ imprimen-

dum hic laudatissima. Ut non repetamus ex superioribus cly-
steres, in obstructione alvi officium facientes. Sin digesti-
va præmittere ex usu visum fuerit, humoribus minus sequaci-
bus, tria digestiva communia Chemicorum, *cromor* seu *cri-
stalli* ♀ *ri*, ♀ *rus* ♂ *latus* & *Mixtnra simplex* sufficient, vitandis
Galenicorum sirupis.

Succedunt *emetica*, heroica remedia, sicuti vecte qua-
si morbus expellendus, in nostro quoque affectu propinan-
da, nisi quid obstet, ut procidentia uteri, &c. sed
minori dosi, ut virium & ventriculi ratio habeatur. Profund
nimurum tūm *per se*, quat. cruditates è ventriculo everrunt, &
peccantes humores è vicinis partibus, unde, præsertim in pi-
cā aut malaciā affectis, in quibus ingens phlegmatis viscosi
faburra ventriculi plicis ac tunicis infarcta aliorum medica-
minum virtutes inhibet, ab emetico semper ordiendum esse
præcipit *V Villi:ius l. c. p. 543.* tūm per accidens, quatenus in
vomitū deprimitur abdomen, unde non tantū sanguis ad
inferius clima invitatur magis, in mensum suppressione,
sed & uterus ad expellenda noxia animatur. Ex diffusa verò
plurimorum farragine tria nominabimus: ♀ *rum emeticum*,
sal ♂ *li* satis depuratum, & radicem *asari*, feligenda pro fo-
ventium causarum conditione. ♀ *rus emeticus* enim, licet
polychrestus sit, variis formulis quadrans, magis tamen de-
betur *bili*, sal ♂ *li* magis *pituita*, quam summè fundit, & ven-
triculo roborando, *asarum humorum austoritati*, ob volatili-
tatem aromaticam, reliquis nihilominus itidem casibus, in-
primis quoad pituitam, operam locans notabilem.

Sequuntur *diaphoretica* & *bezoardica*, meritò ab *High-
moro* celebrata. Dispellunt enim per poros cutis, quod Ma-
fam sanguineam male habet, humores viscidos, lentos, ob-
struentes attenuant, invertente simul virtute conspicua, &
principia vitalia tutantur. Hinc alterantium etiam magnam
partem absolvunt, volatilia, fixa & media. Exemplo sint
*spir. C. C. Mixtur. bezoard. VV ed. liquor C. C. succinatus, spir. vi-
per. ebop. ♀ ri, tiberiacalis eamphomatus, Mixtura simplex, R. a
bezoard,*

bezoard. Rolf. Michaël. VVed. simplex, myrrata, & volatilis,
bezoard. mineral. ♂ diaph. C. C. phil. ♂ nat. ♂ ♂ ij, pulv. bezoard.
VVed. uterque, theriac. mithridat. elect. discord. Fracast.
Licet enim dulcia in hysteris locum non habeant, fermentata tamen, ut in his electuariis, tutissima sunt.

Nec postponenda diuretica, quæ mirificè uterus mundant, & inquinamenta sanguinis ac seri respectivè fixiora per am educunt, sulphurea, salina & alcalina, nominatim succinata, genuina ichorescentis seri antidotus, variè preparata, Ra ♀ ri, ♂ ij, ~ ♀ ri, arcan. ♀ ri simpl. & ale, lap. ♂ prep.
~ nitri, nitri dulcis. Acida enim sulphurea tantum abeat, ut uterus iædant, ut potius eidem sint amica, incidentia & putredinem simul cortigentia, unde ipsa Ra aperitiva Mæbii
huc facit.

Est & sius locus errbinis & masticatoriis roborantibus.
Ptarmica quoque, dum compressionem abdominis versus inferiora inferunt, eundem cum vomitoriis censum subeunt, modò simul sint roborantia, & caveatur, ne teneroribus spiritibus motus inordinatus concilietur, & in epilepsiam ægra præcipitetur.

Ordo jam efflagitat, ut progrediamur ad alterantia, quæ dispescimus in generalia & specifica: generalia vocando, quæ generatim sanguinem & serum, causasque remotas; specifica, quæ uterum ipsum, & humores corruptos in eodem specificim respiciunt, cum latitudine tamen, ita, ut generalia etiam diverso respectu specificis annumerari mereantur, & vice versa.

Generalia sunt aperientia, (quo nomine comprehendimus resolventia, attenuantia, absorbentia & præcipitantia,) quæ in obstructione mensium omne ferè absolvunt punctum, & optima cum purgantibus sunt cacochymiae remedia. Celebranda hinc præter alia plura ♀ rea, ♂ sta, & præ omnibus alia, universalis quasi affectuum infimi ventris panacea, & morborum rebellium rhizotomus, quippe quæ humorum fixitatem, acrimoniam & ichorescentiam, edulcando ac refre-

nando tollunt, tonumque viscerum respiciunt, variis generis, variis scopis prudenter accommodanda, v.g. croc. & *Pratus*, *Platus*, cum salibus, *emmenagogus*, *pulv. cibet.* *Enus major* & *minor* *VVed. cachect.* *Freus ejusd.* *Ra* & *cycloniata*, *Frea*, cum *arcano* *Merri*, concentrata vel diffusior, *balsamica*, *solaris*, cum vel sine *arcano* *Merri*, essent. & *antiscorbutica*, *Oli* & *Ludovici*, tūm alias probatissima, tūm in sterilitate etiam magni usus, *mixtura* & *antiscorbutica*, *pulv. absorbens*, multis nominibus insignissimus. Pertinent huc *infusa aperitiva uterina*, & te cum sua clavi *Fro* vel *saccharo* (quod tām exiguā quantitate non timendum,) addito robora-
nda. Item *acidulae* atque *thermae*, ad opprobrium medico-
rum in desperatis morbis laudatae; *ille* in siccioribus & cali-
dioribus; *hae* in humidioribus & frigidioribus magis con-
venientes, supposito virium robore, & viscerum, in specie
pulmonum, integritate, atque ventriculi ratione habitā. Ex-
primit alioquin has (ut obiter addamus) etiam medicina
acidulas quidem *Rā* & *solari*, spiritu & tis, vel clyssō *ij* sul-
phurato, cum sufficienti quantitate aquæ diffusis, *thermas*
balneis ex *nervinis*, *uterinis* & *mineralibus* concinnatis, ut
& pro usu interno *alcalibus*, satis commodè, sēpē imò majori
fructu, nisi usum medico-politicum respicias, quem elegantissimè delineat *D. D. Wedelius, Amæn. Mat. Med. p. 280, seq.*

*Specificæ humorum in utero stasin, putrilaginem & acri-
moniam corrigunt, fibrasque nerveas ejusdem & glandulas
solantur. Illud præstant dissipantia, volatilia, carminativa,
& sale volatili oleoso pollutia alia, item sulphurea, sulphureo-
salina & terrea; hoc sulphure, seu fixo, seu balsamico conspicua;
quorum materia cum aliunde largo fœnore peti possit, brevita-
tis gratiâ h. i. saltem occupabimur in recensendis quibusdam
præparatis & compositis, à quibus singulare auxilium sperare
licet. Talia sunt spir. Sal. ammoniac. *Cynosus*, *Castorinus*, &
oleis specificis aliis imprægnatus, spir. zedoar. lil. convall. me-
liss. succin. liquor & lac cephalicum *Wed.*, aqua regina Hungarie,
bysterica *Myns.*, vita mulierum, apoplectica mulierum, eff. nt.
succin.*

succin. simpl. balsamica, & oleosa, quod & de essentiâ myrrbavâlet, essent. ase fætid. simpl. & volat. carminativ. Wed. in primis cum essentia castorei & anodynâ (opiata enim etiam optima sunt, teste D. D. Wedelio Opiol. p. 127. seq.) remixta, elixir uterinum VVed. in quâ plurimis uteri affectibus non satis laudandum, seu extemporaneum, simplici mixtione ex essent. castorei succini, myrrhæ & camphorâ consurgens, seu specierum uterinarum simultaneâ extractione paratum, quod describitur in Amoen. Mat. Med. p: 198. Item elixir proprietatis simplex, ole aromaticum, volatile, (aloëtica enim insigniter abstergunt & mundificant,) nec non fecula bryonie, subtilitate & gratiâ commendabilis, (quam tamen olibus roborandam esse monet B Ludovici in Pharmac. p. 395.) Bryonia nempè partibus uterinis in vitio lymphæ acrimoniam irritativam concipientis dicata est, unde ab ejus infuso semel in hebdomade sub iecti ingressum sumpto hysterica à longo tempore perfectè restitutam meminit Mattiolus.

Notabile insuper est supra memorati castorei usum internum Zwölferum in Pharmacop. Reg. p. 65. in hysterics impugnare, cùm tamen nihil magis congruum esse eodem (si quarundam idiosyncrasiam exceperis,) ratio & experientia, quam frustra pro se allegat, evidentissimè ostendat. Est enim uteri anima, & nervorum solatum, ob sal volatile temperatum, & sulphur suave, ut non immerito, sive pulveris, seu olei, spiritus, essentiæ, extracti formâ propinetur, inter dissipantia uterina primaaria collocandum sit.

Ex minerali regno seorsim, præter jam dicta olia, cum primis essentiâ am Oli Etis Ludovici, tantia, & ammoniacalia, in morbi exterminium varia alia collineant, nominatim cinnabaris, remedium laudes supergressum, & tantum non ad panaceæ fastigium evectum, quæ ratione sulphuris puri, temperati, lucidi, spiritus serenat, partes uteri nerveas demulcet, & acres humores temperat, edulcat, invertit, annihilat ratione xij fermentum ichorescens fundit, & humorum stasi adversatur: ratione totius mixturæ humores biliosos, acidos, ponticos corri-

git. Conf. *Amœn. Mat. Med. VVed. p. 124. 206. seq.* In usum vero vocari potest tum *cinnabaris* & *ij*, & artificialis varia; tum potissimum *nativa*, seu simplex purior, seu per elutriationem præparata, (quem præparandi modum *Ludovici* eligit l. c. p. 282. lapidosæ præcipue congruum,) seu sublimata, selectu instituto pro circumstantiarum ratione. Ita v. g. *sublimata* insignior est, ubi magis demulcendum, minùs fundendum, ob sulphur purius & exaltatum, partesq; *iales* magis fixatas; *sibi relicta*, ubi magis fundendum & præcipitandum, ob *gium* magis sui juris existentem, & partium terrearum largius connubium, *O*licis quoque simul immixtis, quas separari posse ex *sublimata* *D D. VVedelius* in *Pharmac. Acroam. p. 180. 327.* docet. Ceterum, ut ut etiam per se adhibita sit innoxia & utilissima, consultiūs tamen datur cum aliis, ad moderandam gravitatem, exemplo *pulveris absorbentis*, ac *specifici cephalici*, quæ instar omnium esse possunt, additione castorei præp. aliorumque specificorum facile varianda & roboranda.

Nec debitâ laude defraudanda *2lis*, ut *bezoardicum* *2le*, *antibedeticum* *Poterii*, (quorum illud in nostro affectu præ hoc magis frequentatur,) *sal 2lis* *dulce*, ex *2li* *bezoard.* *2lis* *elixiviatum*, vel *oleum 2lis* p. d. species item *dia-2lis Myns.* quas summè dilaudat autor, ex quibus tamen consultiūs *sal corallorum*, *&c* *perlarum* excluditur, ob corrosivitatem, & observatas ab eorum usu noxas, substituendo pro Iubitu præparata *corallia* & *perlas*, vel horum magisteria. Gaudent enim sulphure blando, temperato, unde humores acres peccantes absorbent & dominant, uterumque roborant. Non minùs ac ipsa *freæ* *huc referenda*, *2lis* potissimum, hinc & *De correctionem passa*, (alias quippe ventriculo inimica,) exemplo *bezoardici frei*, ex *2io*, *2re*, & *fre*, ac *Ræ De cœruleæ*.

Tacemus *refrigerantia*, semen imminuendum respiciencia, & *specialia emmenagogæ*, ubi indicantur, necessaria; *specialibus* item emergentibus symptomatibus debita.

Complementum his addunt *topica* roborantia & dissipantia ut appensa *corallia rubra*, de quibus notabile hoc affert *Helmontius*

eius Tr. de conceptu inscripto, quod pallescant gestata in hyhericis, & cum mulieris sanitatem ruborem recipiant, appensum succinum &c. castoreum, asa fœtida, & ex his parata, balsamum hystericum, spir. sal. ammoniaci oleosus, subinde naribus admota, & (quod de posterioribus valet,) bregmati quoque ac temporibus adhibita; balnea ex abstergentibus & roborantibus, linimenta item ex oleo ♀ri fœrido, oleo polychresto VVed. balsamo puerarum Zabelii, &c. cum vel sine sacculis paregoricis, minoris aut majoris apparatus, & emplastra hysterica, v. g. emplastrum de galbano, de baccis lauri, aliaque, umbilico & hypogastrio debita.

Tandem, ne expectatus eventus medicum frustretur, ex ægrî parte *dieta* conveniens requiritur, in quâ assignandâ breviores erimus, quod ex rerum nonnaturalium consideratione suprà propositâ eadem facile clareat. In *vitali aëre* sit minùs ventosus, siccior, in caliditate & frigiditate, non minùs ac ratiitate & densitate temperatus; in *naturali cibi* boni succi, potus tenuior, (ceu & in genere, si copia seminis morbum invitaverit, victus tenuis eligendus,) vitatis flatulentis, fermentificis, dulcibus, acidis, &c; in *animali motu* leni torpor corporis excutiatur, sommus & vigiliæ naturæ leges ne transgrediantur, evacuationes naturales respondeant, in specie alvus sit aperta, vel si restitet, per clysteres, vel lenientia alia officii sui moneantur, & animi pathemata, in specie ira & terror, omni modo intentur. In cœlibatu viventibus conjugium, siquidem id inire liceat, lætam malo superaddet catastrophen, sive à semine retento ortum agnoscat, quo casu certius remedium non datur; seu à menstruo sangvine, vel collectis in utero recrementis. Mira enim inde sangvinis & spirituum contingit immutatio, evacuationes suppressæ redeunt, & uteri Archéo ad amoliendum à se noxiū porta panditur.

DEO CONSERVATORI
GLORIA!



*AXMANNE, Aonidum germane ac
artis alumne,
qua matris rerum mystica sola te-
net.*

*Singula scrutatus morbis nunc ponito freta;
fœcundum ingenium præmia justa manent.*

Affectus, honoris & gratulationis
ergo scribeb.

Georgius VVolffgangus VVedelius.

STrangulat ex utero fœmellas morbus acerbus;
strangulat at morbum WAXMANNUS in arte
peritus.

Inde locð soſtri Doctoris Hygeia tiaram
præparat, ac Medico spondet Venus ipsa corollam!

*Nobiliss. Domino Doctorando
praxin simul felicissimam adprecatus
pos.*

P R A E S E S.



DECANUS FACULTATIS MEDICÆ, GEORGIUS VVOLFFGANGUS VVEDELIUS,

Med. Doctor, Theoretices Professor, Consiliarius & Archiater Ducalis Saxonicus,

LECTORI BENEPOLO S. P. D.

Don pauca sunt, quæ & ignominiae & remedii charactere sunt insignia, prout vel affectus conjunctus ea definit, vel finis diversus discriminat. Quid magis alap offendit, & iratum animum reddit? Et tamen exempla legas, ubi alpa fuit remedium, quale quidem in scholis medicis indubium ad luxatam maxillam, indeque rictum apertum curandum habetur, experimento B. Rosinii Epit. affil. partie. l. 1. p. 2. i. 5. p. 104. Aliud vero, primò periculum ob adstantes, hinc verò lucrosum & quingentis imperialibus à Chanò quodam Indico remuneratum Chirurgo, qui prefatus veniam soli inflicta alpa ipsam refutaret, memor G. Andersen. Itin. Ind. l. 1. c. 24. Idem de sputo valet, quod ore ejiciunt, communi quidem hoc loco cum salivæ acceptio. Opera pretium est disquerere, quisnam & morbus apud Plautum Capitv. Ad. 3. sc. 4. qui putatur, quidque per hunc ipsum actum innuat. Enimvero & haec cura relinquuntur medicis. Verba ita habent: Et illi isti, qui sputatur, morbus interdum venit. Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputari. H. Ne vere: multos iste morbus homines macerat, quibus insputari salut fuit, atque alia profuit. Sine dubio mens in genere est abstrahere Hegionem ab Aristophonte, ut procul recederet, sibi quis caveret, medium auctoritatem, vel crederet, illum enim infans esse, & percutit furoris stimulū faciliè dedere alios. Ad augendam hanc inculpationem addit, præter rabiem etiam altero hoc morbo, quo de sermo est, corripi, unde utroque nomine nescia quid dicat, adeoque nullam mereatur fidem. Describitur morbus hic inominatus à remedium, quod proficit, saluti sit, quoque optime habeat morbus, que verba ut clarissima sunt, ita minus claram, qui putetur, minimè omnium remedii ratio, cuius apud medicos veteres, quantum lectione aequi potuimus, mentio nulla sit. Certum interim est, morbus despiciens suetum fuisse comitalem, seu epilepsiam usitato hodiè dictam, autem Plinio l. 10. c. 23. & l. 28. c. 4. p. 174. ubi: despiciunt comitiales morbos, hoc est contagia reperientur. Simili modo & fascinationes reperiuntur. Sed uti verissimum hoc est, ita locus hic minus cum nostro concinit vel quadrat. Aliud enim sonat despiciere, quam inspovere, nempe, ut evidens ex dictis esse posset, &c. despiciunt: cur nemo audeat cum eo ex codem catino coenare, codem poculo bibere. Et p. 286: Neque enim gravius est in cubiculo despici, quam in isto splendidissimo certe detestari; utrubiis aversatione insigni expressa, sive id siat cum insputatione revera, seu rauus. Sed videamus insputant hos distinctos usus, ex vita communis experimentis & notariis exemplis. Insputamus ob iram & indignationem, inprimis cum aversatione vel vituperio conjunctam, quale quid Dei ipsius verbis traditur Numer. 12. v. 14: Si pater eius (Marie) spuisset in faciem illius, minne debuerat saltē septē dies rubore suffundi? Confirmat idem ex profanis locis apud Sophoclem Antigon. v. 66j, ubi pater diffidens filio connubium sponsus inquit: αἴδε μήνας ωρέ το δυστύνη, μέρε τη ναιδός τε ἀδε τῆς νύφης τοῦ Λοεω την. Sed despiciunt velut inimicam, sine puellam apud inferos nubere. Et apud Plautum nostrum Careul. Ad. 4. sc. 2. v. 17: Qui constituit, culpam cum, consipitur, vituperatur, Geminum huic est fieri idem ob contemptum, aversionem, abominationem. Quemadmodum enim quæ grata appetimus, salivam mouent, ob appelleant & velut occurrantes spiritus cum lympha: Sic non vi natus & quæ aversamus salivam in os concient, ob aversationem stomachi, indeque imminentem naufragium vel vomitionem ipsam, cuius prodromus salivatio esse afferat ordinarius. Et ipsa tamen insputatione etiam in remedii vicem peragitur, tum in partes alias, tum in faciem quoque ipsam, sive insputatio acta fiat, sive saliva per se vel cum aliis illatur. Viribus enim hanc pollere summe discutivis cum Pergamenu notavit l. 5. de med. compo. x. 7. c. 1. tum ratio consonit, ob partes aquæ, sulphureas & salinas inter se probè contemporantes, sicut resolventes, in primis jejunio adhuc corpore, nec ita dilatè cädem, & salibus magis eminentibus, teste Galeno l. 10. de simplicib. facult. c. 18. & experientia, retum arbitra & magistra. Ita hodienum illatur vel insputatur salubriter occipientibus strumis, gangliis, gibberi in principio, accedente frictione, que vulgi sum remedia innoxia, in modis fatis bona. Idem & in oculorum morbis variis valet, dolore, inflammatione, vexatione, punctura & similibus. Defendit & resolvit, in morbis cutaneis non paucis, speciatim in lichenibus puerorum, experimento nutritum, in hunc usque diem frequentato, laudato ibidem l. c. Novissim exuberantium haemorrhoidum tuberculata saliva jejunii agri ipsius inunctione fuisse coercita, ob insignem illam vim quam possidet. Placuit & ipsi Salvatoris ad miraculosam esse curationem expuere in oculos eius. Marc. 8. v. 22. & in alio expuere in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos eius Job. 9. v. 6. Tacemus, & magis moribus inspitione fieri, cuiusmodi exemplum salutis prætorum tale ad intermedium scorpiorum referit idem Galenus. Hic vero ullum aliquem dictorum morborum intelligi ovid. Prosept. textus & rei momenta renunt, quin ipsis epilepsiam ob gravitatem morbi, ob communis plumbi malum, ob affinitatem cum atra bilis morbo, ob remedium ipsum concludere integrum est. Et videri quidem aliter posset, si negleget integro loco primum versum quis legerit, vel sibi examinandum proponat, quod forsitan evenit Mercurialis, qui verosimile videri negat, vel in agrotianis faciem vel alio pacto adversus ipsum confutandem extitisse l. 4. V.L. cap. p. 102. Convictus enim fateri id cogitetur, qui reu & veru curias perpenderit. Res proinde ed dedit, an insputando constituti morbo fieri possit. Neque enim contradictionem hæc implicat, morbum cundem esse, qui despiciunt, & qui insputantur curentr. Plura sane sunt vulgi in his talibus remedias, caque invenerint, quorum usus & frequens est, & experientia non raro respondens. Non raro, ne Hippocratis ipsius & aliorum de remedii veterularum laudem consentientia loca, offendimus apud vulgus selechiora & probatoria remedias. Id vero non metuam afferre, ut videtur remedium paulo immundum, leve, si alia gravitate morbi in experimentum vocata cum eodem comparemus. Enimvero cum plurimum situm sit in excitatione archei sub epilepticâ ecclipsi succumbentes & confundentes, insputatio inter alia, licet paulo ferdida visa, insigne est remedium, ne subigitur à morbo, sed contra audientur insurgat. Est enim si quis alius hic spirituum morbus, quorum avertiunculæ & in externis non levè est remedium. Et leve aliquod vilium alia licet pomposa non raro muliç parasangis post se reliquit. In de verò & pudore suffulsi arches secum habitare dicit magis, & contra morbum magis insurgere. Patati etiam posset, insputando magicum quid signari, quod & hæc incantamenti quedam si species, & morbus hinc facer à non paucis olim idœ dicitur, quod expiationibus curari debeat, quæ omnia tamen solede elidit & impugnat ipse Cœus l. de morbo facio. Epispa simplicitas ait veteris pro simpli spitatione videtur militare, ipsa inspitione plus juvamenti aferente, quæ à mago expectari possit. Quod autem apud medicos id minus scriptum occurrit, nihil impedit, cum & negligi poterit, ob levitatem, proflavitibus aliis, & ignorari, neque proponi sequitur ob soritatem. Nihilominus arbitrii fas est successisse in insputationis locum perfunctum capitis cum multa aqua frigidâ, perfunctum aquæ falsæ, quæ utraque Cœsiliaudat l. 3. c. 23. Hæc præfati voluntus, occasione Disputationis Inauguralis, de Suffocatione Hysterica, Clarissimi & Dignissimi Medicinae Doctorandi

SIGISMUNDI VVAXMANNI, Leutschoviensis Hungari.

Lucem hic vidit Leutschovia Hungarorum, A. S. R. MDC LXV. d. 25. Februar. Patre SIGISMUNDO WAXMANNO, Cive ibidem honorato ac negotiato p. m. Matre Eva, Viri Plurimam Reverendi, JOHANNIS SERPILLI, Ecclesiæ Keymarcenis in superiori Hungaria Pastoris, & Pereximii JOHANNIS FRANGI. Postea Bojanowani Polonia Parentum fusa concessit, ubi per quadriennium & praebutum Viris Clarissimis, DANIELI SINAPIO, t. t. Rectore, & JOHANNE MAIERO, t. t. Conrectore, studiis humanioribus operam dedit, Philosophia quoque delicias primis, quod ajunt, labris degustas. Ut autem magis firmaretur animus, Wratislavia insipuer salutanda erat, ibidemque Virotum Praclarissimorum, ELIE THOMA, Gymnasi Eliabethani Rectoris, ceterarumque Scholarum Inspectoris p. m. MARTINI HANCKI, Prorectoris, Professoris & Bibliothecarii ibidem, & CHRISTIANI GYRHIL, t. t. Professoris ibidem, nunc Gymnasi Mario-Magdalenei Rectoris, præcepta insigni cum fructu haurientia. Tandem studio medicis animalium applicatus, convenientiorem scopo huius floritissimam Salanam judicavit, unde ductus hujus fama, & consilio Viri Plurimam Reverendi, AUGUSTINI SERPILLI, Ecclesiæ Bojanowensis h. t. Pastoris, & Schola provincialis Inspectoris, Avuncui sui, ob cumulata ab eo tempore, quo Patriam reliquit, beneficia, ætatem sibi suscipiendo, tandem petit anno M DC LXXXIV. Hic receptus d. 25. April. inter cives Academicos, cum optimè nosset, quantum medicina Philosphia conferat, adiut Viros Excellentissimos, CASPARUM POSNERUM, scientiæ naturalis Prof. Publ. in commentio Physice Hippocrate Horffii solidè commentantem, & JOH. ANDR. SCHMIDUM, Logicam nov. antiquam, Metaphysicam, & universam Mathesim succinctè tradentem, nec non circa res naturales curiosia non magis nūm utilia experientia instituentem. Ceterum in medicis genuinis artis Doctores fecutis, Facultatis Medicæ incluta & ceterissima membra, interfuit D. RUDOLFI WILHELMIK RAUSSI pælectionibus publicis, cum Chimico-Præcitionibus Botanicis, & excursionibus, pæfectionibus & demonstrationibus publicis, & privatis Anatomico-Chirurgicis, ituriisque sexus cadaveribus humanis, & brutorum. Me quoque summo studio audiuit, seu fundamenta theoria adentem, seu in universo artis ambitu explicando occupatum, ad cognitionem, preparationem, combinationem medicamentorum, ad praxim itidem manuductum. Nec publica defuere specimenia eruditiosis, cum & opponendo & respondendo se exercerit strenue, & Disp. IX. Physiologiz Reformatæ non sine laude defendenter publicè. Quare emensus ista omnia, nuper laborum horum præmium ambiens modestè expertus à Collegio nostro in numerum Candidatorum tipi. Facto hoc ex voto respondit in consuetis examinibus, profectibus genuinis & moribus inculpatis conspicuus. Cum itaque in complementum horum Disputationem laudatam Inauguralem, sub Prædicio FASCHIANO, ad diem XI. Decembri, habiturus sit, ad hunc actum solennem Magnificum Academæ Rectorem, Proceres & Professores omnique ordinum hospites & artis nostre sautores, tā quā par est, humanitate invito. P. P. Sub Sigillo LITERIS KREBSIANIS.

ЗГІРЯОД

Ms. B. 9. 2. Dogger. Theodoric.

Qui quoniam tunc sicut iudei
memoratibus est deinde, et invenit
hunc locum, ut regnare posset, et constitutus
Cyprius dicitur, tuum istum terram, quia non
mum debet nisi per te, et tuas
Eminens et ex te possunt regnare
omnes, et cetera. Et cum illis
tunc regnare possit, et regnare
non possit nisi per te, et tuas
potest, et tuas potest, et tuas potest.

